

11 januari. Czarthosam, monasterium tanto sumptu exstructum: vt nullum in Europa ei preferendum esse multi existiment.

☉. Hoc die Anno etc. 79. baptizatur Coldingæ, in nomine Summæ TRINITATIS illustrissimus Princeps, Dominus Dux Hüldericus etc., filius Sere-nissimi et optimi Regis nostri, Ad cuius Illustritatis compaternitatem, ego quoque cum alijs Nobilib. et officarijs aulicis, ab ipsius Maiestate clementer sum vocatus, et adhibitus.

12 januari. Mediolanum.

Andreas Alciatus, qui omnium doctrinarum orbem absoluit, et primus legum studia antiquo restituit nitori, Vixit annos 57. menses 8. dies 4. Obijt hoc die Papiæ. Sicut legi in ipsius monumento sumptuosissimo, et elegantiss: Anno 1550.

13 januari. ☿. Hoc die anno 1565. mane, hora 4; minuto 40. nascitur cariss. filia mea Dorothea secunda, Rostochij, quò vxor mea cum liberis, propter pestem sæuissime in Dania grassantem secesserat, quo tempore ego cum Senatore regni Daniae Georgio Rosencrantz ad Imp. Maximilianum secundum ablegatus eram, in negocijs Regijs.

17 januari. ☩ die S. Antonij, transiui magno cum periculo et difficultate, montem eminentissimum et asperr. S: Gotthardi. Basileam iturus<sup>1</sup>.

22 januari. [Andreas Alciatus Mediolanensis.] Vidi ipsius monumentum, ac epitaphium elegantissimum, Ticini, ab ipsius hærede, Doctore N. Alciatino positum; quem in eadem Academia, magna dexteritate docentem audiui. Anno 54<sup>2</sup>.

24 januari. Anno 1559. decessit ex hac vita potentissimus princeps, dominus Christiernus secundus, quondam DANIAE, NORUEGIAE, et Suetiæ rex. Sepultus Otthoniæ in monasterio fratrum minorum 19. Februarij.

Natalis Neptis meæ, ex filia Dorothea Judittæ Saastrouiæ, quæ ædita est in hanc lucem in prædio paterno Salchouu, hoc die, quæ fuit dies Martis, quadrante horæ, post 9. vespertinam Anno etc. 87.

25 januari. [Adolphus Dux Holsatiæ] moritur, Anno 1586. Calend. Octobris, in castro Gottorpiæ.

28 januari. [Carolus Magnus . . . mortus est Aquisgrani . . .] vbi vidi ipsius sepulchrum, et reliquias.

6 februari. Dux Hinricus Megalburgensis hoc die moritur Suerini, Anno 1552.

7 februari. Dargemerus Pasewalck, frater meus dulcissimus hoc die moritur, cum nondum impleuisset mensem suæ ætatis quartum, Cuius conspectu mihi nunquam frui licuit. Anno 1552.

Hoc die, anno 1576. moritur Fridrichsp:<sup>3</sup> amicus meus, Sebastianus Suendus Öringensis, Secretarius Regius, Sepultus Hafniæ.

<sup>1</sup> De två sista orden tillagda senare, antagligen på 1580-talet.

<sup>2</sup> Hela denna anteckning är, såsom tydligt framgår av stilen, skriven långt senare, på 1580-talet.

<sup>3</sup> Först skrivet Hafniæ, överstruket.

8 februari. ☩ hora 7. matutina, Moritur Rostochij chariss: frater meus Baltazar Paselick, Rostochij in domo Paterna. Anno. 78.

11 februari. Colonia, vbi Academia, sepulchrum trium Regum, plurima templa.

13 februari. Dura expugnata ab Imp. Caro. 5. die Bartholomæi. Anno. 1543.

Hippolitus de Marsilijs, Iurisconsultus moritur Bononiæ. Anno 1529. Vidi Bonon: in templo S. Dominici.

Serenissimus et potentiss. princeps dominus Christianus tertius Daniæ, Noruuagiæ etc. rex, dominus meus clementissimus regia solennitate sepultus est, in oppido Fioniæ Otthonia, in templo Sancti Canuti Anno 59.

14 februari. Aquisgranum, vbi sedes Imp., thermæ, reliquiæ Caroli Magni fundatoris etc.

16 februari. Iohannes de Lignano, IC.tus moritur Bononiæ, Anno 1383. Al Santo Dominico.

18 februari. Antuerpia, celebre emporium.

Ioachimus Phrisius Rostochiensis, qui Francofordiæ anno ætatis suæ 21. in I. V. Licentiatum, anno Christi vero 44. promotus est, et in ea academia triennium legendo et disputando officio professoris publici functus est, postea Lutetiæ Doctor Iuris Canonici promotus, cum reuersus ex Gallia operam suam illustrissimo principi, ac domino, d. Marchioni Alberto iuniori Brandenburg: elocasset, Hoc die moritur, Culmbacchij in Franconia, inter horam 8. et 9. vespertinam, Anno 1551. Huius ego sororem Iudith, postea vxorem duxi, Anno 54.

23 februari. Louanium, amplis. ciuitas, locus isti acad: aptiss:

24 februari. Bruxella, vbi curia Imp.

25 februari. Gandauium, patriam Imp.

28 februari Hoc die, cum Marchio Brandenburgensis Ioachimus Elector venisset Vitembergam, globis niueis à pueris, et quibusdam etiam studiosis indignis modis est exceptus. Nam multos etiam lapides niue tectos in eum et eius comitatum iaciebant, clamantes, Interim venit, Interim venit. etc.<sup>1</sup>

Fui in Seelandia, optima insula.

3 mars. Die Iouis post Inuocauit, anno 58, à Capitulo Rodscildensi, tanquam Decanus, sum in chorum, et consessum capituli introductus, vsitata solennitate. In nomine Summæ TRINITATIS. Anno 58<sup>2</sup>. Stallum, vt vocant, in choro, et locum in consessu capituli, mihi assignantes.

14 mars. Veni in celeberrimam academiam Ingolstadiensem, ad studium Iuris continuandum. Anno 1553. Habitaui cum Doctore Francisco Zoannetto Bononiensi, et Iu: Ci: Professore primario, in ordinario matutino. Viro de meis studijs præclarè merito.

15 mars. Hoc die, qui fuit dies Dominæ anno 1568. inter 5. et 6.

<sup>1</sup> Denna anteckning är skriven under P:s studietid i Wittenberg, antagligen år 1551.

<sup>2</sup> Det följande är tillskrivet senare, såsom framgår av stilen.